

NECYOMAN

TIA IVRIS.

PERI-

TI.

Mira Magiæ descriptio, per quam euocati  
Iurisconsulti, innumeros iuris civilis  
locos disertissimè declarant.

STEPHANO FORCATVLO  
BLYTERENSI IVRISCOS.

AVTORE.

*Relatib. del Coll. \* in ...*

VIRTUTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

LVGDVNI APVD SEB.  
GRYHIYM,  
M D. XLIIII.



3  
S T E P H A N V S

F O R C A T V L V S B L Y

T E R E N S I S S E B.

G R Y P H I O.

S. D.



V M non paucos iam annos  
eam Iurisperdentiae studijs os-  
peram adhibuerim, Gryphi hu-  
manissime, ut non omnino ope-  
ram luisse debeam existimari:  
cumq; iam serio, ut a nobis quo-  
que aliquid fructus ad studio-  
sos permaneret, in posterum ad meditandum, scribens  
dumq; animum adiecissem: ne in dolio ( quod dici solet )  
periculum facerem, uisum est in hac nostra Necyos-  
mantia, quid nostri ualeant humeri, quid ferre recusa-  
sent, ante experiri. Non sunt haec, fateor, ea cura elas-  
borata, ut nasutissimi nostri seculi censuram non des-  
beant reformidare: tantumq; abest, ut aliquid mihi ex  
ijs laudis ambierim, ut si audaciae nostrae ueniam pro  
laude reportauero, praecclare mecum esse actum sim exis-  
timaturus. Caeterum, quicquid id est, ex tua potissi-  
mum officina, mi Gryphi, in lucem exire uolui, quod ut  
ceteros tui ordinis homines longe artificio praecelsis

a. a. lis

NECYOMAN  
TIA IURISPE-  
RITI.

*Eliciuntur magico Carmine Iurisconsulti uete-  
res, & responsa uaria tam uerè, quàm eui-  
denter declarant.*

DIALOGVS PRIMVS.

EVRYLOCHVS.



GO uerò saepe mirari so-  
leo, Alyfodeme charissis-  
me, quòd tu Iurisconsul-  
tus heri natus, & uix Iu-  
risprudētiae sacris initia-  
tus, graues Iuris Ciuilis  
locos, pari facundia ac  
studio mihi enarrare so-  
leas: neq; ut uulgus, ex  
aliorum interpretum sen-  
tētia, sed præter receptis-  
simam opinionē, quo no-  
mine mirā inuisti apud  
me gratiam: adeo absum

ab eorum iudicio, qui obesse doctis credunt, quòd uiuunt:  
& quidem arbitror, quòd si tu olim floruisses, nō solum scri-  
pta, sed etiam imagines conquireremus, teq; in eorum albo  
depingeremus, qui legum studiosis quammaximè profutus  
ri sunt: præsertim cum tu etiamnum adolescens tam exactè  
eas interpretere, quasi nuper enatus quidam Iurisprudentiæ  
filius.

